



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Restitutio ac redonatio Mospurg. & Veringn. ab Ottone Rege Lamberto
Episcopo Frisingen. facta, Anno 940.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

Nonas Octobris anno Dominicæ incarnationis DCCC. XCVI. Indiēt. XI anno autem Dñi *Arnolphi* ordinationis XVI. regni verò V. Actum *Ratisponæ* in Dei nomine feliciter Amen.

Restitutio ac redonatio *Mospurg.* & *Veringn.* ab *Ottone* Rege *Lamberto* Episcopo *Frisingen.* facta, Anno 940.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Otto* Dei gratia Rex. Notum esse volumus omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus nostrisque, qualiter venerabilis *Frisingensis* Ecclesiæ præsul *Lantpertus* nomine nostram adiit celsitudinem deprecans, vt traditionem cuiusdam Abbatiolæ *Mospurg* dictæ ab antecessore nostro felcis memoriæ *Arnolfo* Rege, cum omnibus iure legitimeque ad eam pertinentibus ad præfatam Ecclesiam condonata; nec non cuiusdam curtis regie *Weringa* à filio eius *Ludouico* simili modo illuc delegatæ, iterum auctoritatis nostræ scripto roborare dignaremur. Cuius petitioni per interuentum dilecti Ducis nostri *Berchtoldi* aliorumque fidelium nostrorum *Bavvariensis* regionis Principum, Episcoporum & Comitum libenter assensum præbentes, has easdè traditiones, nec non & mancipia his nominibus, *Otperht*, *Kerlind*, *Nisa*, *Adelmur* cum filiis eorum, pridem à Regibus illuc tradita, sed per quandam machinationem nouiter ad Casaream regiam exquisita, præfatæ Ecclesiæ præsuli potestati que subicimus, & per nostræ largitionis scriptum iterum renouamus. Iussimus quoque hoc præceptum inde conscribi, per quod volumus firmiterque iubemus, quatenus prædicta Abbatiola & Curtis regia *Veringa* nominata, ad *Frisingense* Episcopium iure pertineant perpetuo, & à Ministerialibus eiusdem Episcopi teneantur & possideantur. Vt autem hæc concessio nostra firmam sempiterno tempore stabilitatem obtineat, manu nostra roborauimus, annuloque nostro insigniri præcepimus.

Signum Dñi *Otonis* Serenissimi Regis.

Poppo Cancellarius ad vicem *Friderici* Archiepiscopi recognoui. Data III. Kal. Iunii, anno ab incarnatione Dñi DCCCC. XL. Indiēt. XIII. feria sexta. Anno autem *Otonis* piissimi regis IV. Actum *Salce* in Dei nomine feliciter Amen.

Litteræ Reuersales *Henrici* Com. Pal. *Rheni* *Bauariæ* Ducis anno M. CC. LXXXIV.

NOs *Henricus* Dei gratia Comes Pal. *Rheni* Dux *Bauariæ* tenore presentium profitemur, quod vniuersa feuda infra nostri Ducatus terminos sita, quæ olim Comites de *Mospurga* à *Frisingensi* Ecclesia possidebant, post obitum eorundem Comitum sine hæredibus decedentium à manibus Reuerendi in Christo Patris & Domini nostri charissimi Dñi *Emichonis* venerabilis Episcopi *Frisingensis* suscepimus & hæredes nostri feudali titulo possidenda. Ipse verò Dominus Eps *Frisingensis* in collatione huiusmodi feudorum ad Comites quondam in *Mospurga* spectantium, excipiendo in se & suos successores retinuit Aduocatiã in *Ifen*, cū omnibus eiusdè Aduocatiæ attinentiis, quæ sitis & inquirèdis. Et insup aduocatiã curiæ villicalis in *Mospurga* & dotis ibidè in *Schönberge*, & in vtròq; *Hummel*, in quantum ad Domini Episcopi mensã spectant ante dicti. Et in *Seubolsdorff*, & in *Mosheim*, & in *Reut*, & si quas alias possessiones habet inter *Frisingam* & *Mosburgum* sitas in præsentiarum, has & non alias Dominum nostrum Episcopum recogno-